dait compte de mon édition, que c'est se donner bien du mal pour un traité médiocre. Le *de Ira* contient de belles pages; il a été lu et commenté pendant des siècles; et puis ces études dépassent de beaucoup leur objet précis. Mais elles sont longues et compliquées, et, si l'on peut se consoler de ce qu'il reste à faire en songeant que la philologie, comme toute science, est en progression continuelle, il n'en faut pas moins faire appel aux efforts méthodiques et combinés de toutes les bonnes volontés.

A. Bourgery.

IV

VINDICIANI AFRI LECTIO IGNOTA

(Cod. Leninopolitanus lat. F. v. VI. 3, f. 33.)

PAR G. Walter
Bibliothécaire adjoint à l'Ermitage, musée d'État de Léningrad

Codex quondam monasterii S. Germani in Pratis 1038, nunc Bibliothecae Publicae Leninopoli latinus F. v. VI. 3, qui saeculo VIII exeunti forsitan potius quam IX inchoanti attribuendus sit, diversum genus argumenti medici ostendit, ut in *Analectorum medii aevi* fasciculo II (Leninop. 1927, Rossice) ab ea, quam dixi, bibliotheca curante Olga Dobiaš-Roždestvensky edito breviter exposui. hic codex quaternionem, qui vocatur, inter alios continet, cuius paginae prima et ultima desunt quique sibi olim alienus fuisse possit. eius quaternionis in pagina nunc prima, a bibliothecario nostrae aetatis numero 33 signata, orationem scriptoris evidenter abruptam invenimus, quae hinc, a primi versus verbis *hoc nouie*[*n*]*s duplica*[*n*]*s* incipit.

illa oratio, quamquam in eiusdem paginae aversae verbis *flagrit ling*<*u*>*a* (col. I, l. 17) terminatur, tamen ab Antonio Staerk (*Byzantijskij Vremennik*, XV, Petropoli, 1908) tractatui gynaecologico, qui dicitur, consequenti (*Incipit de muliebria* <*causa*>), quem sextum in codice esse dixi, falso assignata est, ut in scripto, cuius mentionem feci, demonstravi; est autem Vin-

diciani Afri, quae feruntur, *Gynaeciorum*, quorum septem lectiones ex codicibus diversis ad litteram descriptas et continuas Valentinus Rose (*Theodori Prisciani Euporiston libri III et q. r. s.*, Lipsiis, Bibl. Teubner., 1894, p. 425-466) edidit, fragmentum, quod verbis codicis Parisini 11219 (Epternac., f. 210, saeculi IX exeuntis, v. o. c. p. 464 et sqq.) proximum est. accedit, quod huius codicis lectionem, quam VII idem auctor nominavit, sequitur, sic ut Leninopolitanam, tractatus, qui dicitur, *De muliebria causa*.

quamquam aliae omnes (I-VI) evidenter alterius familiae sunt, tamen prima earum, ut idem iam notavit (o. c. 427-8, cl. 3), propior quam reliquae codici Parisino 11219 (VII), ergo Leninopolitano quoque, exstat. tertia autem est similis posteriori lingua barbara vetustaque aliquot locis (cf. *furmatur*, *senextram*, *racione*, acc. pl. : *mensis* et q. r. s.), ubi prior et ceteri hac vacant; cuius certa ratio est in eo, quod non solum Leninopolitanus sed etiam Parisinus 11218 (S. Benigni Divionensis), quem III V. Rose nominavit, ad saeculum VIII spectare videntur, cum reliqui postea orti sint.

Sed revertamur ad Parisini 11219 lectionem (VII). quae excerpta ex Vindiciani Afri *Gynaeciis* ab editore (l. c.) vocatur, ea non omnia capita in lectionibus I-VI inclusa possidet, verum quae pars eius, quia fragmento, de quo agitur, respondet, nobis nunc certi momenti est, illa est fere his omnibus lectionibus uberior. hoc forsitan explicari possit, cum excerpta, quorum mentionem feci a quibusque et lectio VII et Leninopolitana originem trahunt, isto tempore facta sint, cum oratio *Gynaeciorum* minus corrupta locupletiorque fuit, quam nunc in codicibus I-VI apparet.

sequitur, ut lectione VII opus sit, si verba scriptoris ipsius, id quod re vera instat, recuperanda sunt. atque etiam Leninopolitanam, quamquam est huius septimae fragmentum prope ab eiusdem lectionis capitis 19 fine incipiens, notatu dignam consideremus, quia cum saeculo fere antiquiorem, tum aliquot locis meliorem quam Parisinam (VII) esse videmus. qua de re hanc cum Leninopolitana quam Rossicam (R) nominans cuiusque corruptiora aut leviora omittens conferam.

Parisini 11219 (*Rose o. c. p. 465*) § *19 l. 15* dies CCLXXX R, *al.* § *20 l. 2* generat R, I. *3* congregationis signum] congregation*em* san-

guinis R, *cfr.* II, V. Secundus R. *4.* exteriore*m* R, *h. e.* exterius (*cfr.* prius III)*?* inuenit R, I. *5* corpus. Tercio R, *cfr.* II, *al.* animat partus. Unguis (*h. e.* — es) R, *cfr.* II, *al.* accipiet R, *h. e* accipit IV. capillos R, *al.* *6* contertia] tunc certe R. *8* quo salitur] quos aliter R, *h. e.* quas alitur. *10* mense R, *h. e. hic et infra* mensis*?* *11* accipit R. *13* adducit.] ad lucem R, *al.* § *21 l. 1* sic in uulua R, *cfr.* in utero I, *al.* *2* uentre R. *4* faciunt R. lum̄ vel ad quorum] luminu*m* ad ꝯorum R, *h. e.* luminum atque eorum? conpressionē R, *h. e.* compressione*?* *5* formatur R. nasus R. ideo q*uae* R, *h. e.* Ideoque*?* dicta R. ienua R, *h. e.* genua. quā genibus] quia. a genib*us* R, *h. e.* quia genis, *cfr.* genua propter genas IV. *6* nixe (*h. e.* nixa*?*) sunt R. quis dol*ore* R. coacta sunt] coatꝫ R, *h. e.* coactus, *cfr.* dolore ... percussus V. *8* genua R. natum] natura R, *cfr.* I, *al.* *9* uoluint R, *h. e.* uoluit < cum eis (?) >, *cfr.* III. *10.* hilaritatis] ḥ... (*laes.*) R, *h. e* — em*?* *11* oculis que*m* R, *h. e.* oculisque*?* *12* parentibus] pa... bus (*laes.*) R, *h. e.* partus? effunden R, *h. e.* effundit*?* *13* sciat] senciat. R, *h. e.* sentiat,. flore] fleue R, *h. e.* flere? mens R. *15* multos R. dicentes hoc R. *16* scit] escit R, *h. e.* esset, *cfr.* I, *al.* qu[a]e R. *17* vitalis] utili R, *h. e.* mutus, *cfr.* motus III *et* multos I, *ubi Rose iam* mutos *proposuit.* § *21*[2] *l. 1* in utero habuerit] in utero ferat. cum mulier in utero habuerit (*h. e.* mulier puerum habebit*?*, *cfr.* I, *al.*) R. 2 suu*m.* R. mouet se in R. *3* oculos R. *5* parte. R. § *22 l. 1* uagitu*m* dabit certa R, *h. e.* uagit. certa (*cfr.* IV, *al.*)*?* *3* nostri R.

Scripsi Leninopoli G. WALTER.

V

CICÉRON ET SAINT JÉRÔME TRADUCTEURS

PAR GEORGES CUENDET
Privat-docent à l'Université de Genève.

La littérature latine a commencé par des traductions. Livius Andronicus a transposé l'*Odyssée*, et Ennius des tragédies d'Euripide; mais il ne subsiste que des fragments de leurs œuvres. Plaute et Térence ont démarqué des pièces de Philémon, de Di-